MISSALE DIOECESIS PATAVIENSIS
Wien, um 1480 Seite 83r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=991
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Nichil inuenio cause in hoc
homine. At illi inualescebant di
centes. Commouet plebem docens
per universam iudeam: incipiens
a galilea usque huc. Pilatus autem
audiens galileam: interrogauit
si homo galileus esset. Et ut
cognouit quod de herodis potestate
esset remisit eum ad herodem. qui
et ipse istis diebus
hierosolimis erat. Herodes autem uiso iesu: gauisus
est ualde. Erat enim cupiens ex
multo tempore uidere eum. eo quod au
dierat multa de illo: et sperabat
signum aliquod uidere ab eo fieri.
Interrogabat autem illum multis
sermonibus: at ipse nichil illi
respondebat. Stabant autem principes
sacerdotum et scribe: constanter
accusantes eum. Spernens autem illum
herodes cum exercitu suo. et illu
sit indutum ueste alba: et remi
sit ad pilatum. Et facti sunt amici
herodes et pilatus in ipsa die:
nam antea inimici erant ad
invicem. Pilatus autem conuocatis
principibus sacerdotum et magis
tratibus et plebe: dixit ad illos.
Obtulistis mihi hunc hominem
quasi auertentem populum: et ecce
ego coram uobis interrogans.
nullam causam inuenio in homine
isto ex his in quibus eum accu
satis. sed neque herodes. Nam
remisi uos ad illum: et ecce nichil
dignum morte actum est ei. Emen
datum ergo illum dimittam. Necesse
autem habebat dimittere eis
per diem festum unum. Exclama
uit autem simul universa tur
ba dicens. Tolle hunc: et dimit
te nobis barraban. Qui e
rat propter seditionem quam de
facta in ciuitate et homicidi
um missus in carcerem. Iterum
autem pilatus locutus est ad
illos: volens dimittere iesum.
At illi succlamabant dicentes.
Crucifige: crucifige eum. Ille
autem tertio dixit ad illos. Quid
enim mali fecit iste? Nullam
causam mortis inuenio in eo.
Corripiam ergo illum et dimit
tam. At illi instabant uocibus
magnis postulantes ut cru
cifigeretur. Et inualescebant
voces eorum. Et pilatus adiudi
cauit fieri petitionem eorum. Di
misit autem illis eum qui propter
homicidium et seditionem mis
sus fuerat in carcerem quem
petebant: iesum uero tradidit
voluntati eorum. Et cum ducerent
eum apprehenderunt simonem
quendam cyrenensem venien
tem de uilla: et imposuerunt
illi crucem portare post iesum.
Sequebatur autem illum multa
turba populi et mulieres que plan
gebant et lamentabantur eum.